

tensibus, a quibus eciam continuo deducit Eneam ⁽¹⁾, quem virum idem vates non magis cecinit quam in eo ⁽²⁾ virum fortem pingere voluit. his itaque videmus phisicos, medicos, astronomos, poetas in eo convenire, ut affirmant influxu celesti aerisque corruptione nasci
 5 pestilentiam. item et illud apud eosdem poetas legimus, quod eciam oculis quotidie subicitur, non omnia loca simul capi sed vicissim nunc unum, post alium. verum et clarissimum vatem audivimus auctorem esse viro forti ut contagioso decedat hospitio. et cui viro? illi quidem, qui per varios iactatum casus traducit ⁽³⁾ im-
 10 pavidum, et quem idem ait omnibus iam casibus exhaustum ⁽⁴⁾. hoc igitur videntes, legentes, audientes, dicerene vel credere audebimus ex infecto loco et tanquam veneno redundant digressum saluti nichil opitulaturum, viroque forti et sapienti non subeundum? id scilicet nil est aliud quam omnium horum artes et disciplinas
 15 tam illustres, tam claras, tam multis probatas et cultas, vanas et inanes, ne dicam falsas et erroneas, profiteri; quod quante sit presumptionis quanteque temeritatis aut potius amentie fugit neminem. si quis tamen sit ita pervicax; sunt enim indocti permulti et hi fere omnes hostes ex professo ⁽⁵⁾ litterarum eorumque qui vacant lit-
 20 teris; si quis igitur sit, quem illi tanti tamque locupletes testes totque documenta nil moveant, hunc reicio ad experientiam, ut ea saltem diffiteri non audeat, que suis oculis perspexerit et que hauserit suis auribus. hec experientia oculorum, hec aurium, docebit perpaucos eorum qui secedunt, extingui morbo, ut sic loquamur, epidid-
 25 mico ⁽⁶⁾, eorum vero qui residunt ⁽⁷⁾ non paucos. serpit enim talis contagio et ab egris ad sanos assistentes migrat, non aliter quam scabies aut quam lepra vel siquis est aliud ex his morbis qui contagiosi dicuntur, ut non tantum ex celi vel aeris inclementia sed eciam ex vicinitate languentium videamus extingui complurimos. ergo erit
 30 quis ita pertinax ut in eo dissentiat, aut ita ignarus ut nesciat quod, experientia docente, ne muliercule quidem diffitentur aut nesciunt?

(1) Codd. eum (2) M tradit at come sembra. (3) M profecto (4) M ephidumeo
 (5) M¹ corr. in resident

(1) VERG. *Aen.* III, 147-91.

(2) V'ha qui una vaga allusione a più luoghi dell'*Eneide*. Cf. I, 3, 204, 599: «omnibus exhaustos iam casibus»;

e IV, 13-4, dove però il testo dà:

heu quibus ille
 iactatus fatis, quae bella exhausta caneant!

Ora, posti dinanzi a queste testimonianze concordi riguardo all'origine della peste ed ai suoi capricci,

e leggendo altresì presso Virgilio come ad Enea, eroe impavido e di molte prove, fosse dato il comando di lasciare l'isola appestata,

come oseremmo noi asserire la fuga essere inutile, ed atto indegno di uomo savio?

Il che equivarrebbe a dichiarare vane tutte coteste arti egregie: segno palese di ollia e presunzione.

Ma se tra gli indotti, sempre nemici delle lettere, vi sia chi non s'arrenda,

non neghi costui la testimonianza della vita e de' propri sensi, la quale attesta che dei fuggiti muoiono pochi, dei rimasti invece moltissimi;

giacchè il contagio mortale, come gli altri morbi che diconsi contagiosi, si diffonde dai malati ai sani, tantochè per la sola vicinanza agli infetti molti soccombono.